Translatio Donationis Tolkemit per
Epm in Capitulum Warmien.

G.

In noie Domini Amen. Nos Fabianus Dei gra Epus Warmien
vniversis et singlis ad quos pntes lrae peruenerint. Significamus te-
nore pntium et attestamur. Quod cum dudum Sermus princeps et
Dns Dns Sigismundus eadem gratia Rex Poloniae, Magnus dux
Lithuaniae, Russiae, Prussiaeq etc Dns et haeres. Volens ex regali
munificentia Ecclae nrae Warmien conditionem facere meliore,
Districtum Tolkemit nrae dioc. cum omnibus suis villis, praedijs,
pratis, pascuis, fluminibus, Molendinis, Lacubus, piscationibus, ve-
nationibus, siluis cum oi vtilitate et vsufructu. Et praeterea
villas Krebesdorff, Karschaw, et Newekirche per Dnm Kasimi-
rum genitorem suum Regem, Monasterio S. Brigittae et Conuentui
Sanctimonialiu eiusdem Monasterio in Oppido Elbing concessas, et
datas, ex quo ipm Monasterium debitum non fuerat sortitum effe-
ctum bo. me. Lucae Epo Warmien antecessori nro, nobisq ac suc-
cessoribus nris, irreuocabili donatione, perpetuo concesserit, et certo
modo contulerit. Ac volens insuper eiusdem Ecclae Warmien
bellorum turbinibus in suis possessionibus et prouentibus plurimu
extenuatae, egestati succurrere, et diuinum in ea augere famula-
tum, pro suo, diuorum parentum suorum, et aliorum pdecesso-
rum suorum Regum Poloniae, aiarum salute et refrigerio, quadragin-
ta naues anguillares Keutell Teutonice appellatas, in recenti mari
Hab vocato cum omnibus prouentibus, comodis, et vtilitatibus pre-
fato antecessori, nobis et succoribus nris, ac Caplo nro et Eccae
praefatae perpetuo possiden etiam donauerit, et Regali fuerit li-
beralitate elargitus, prout in eiusdem Dni Sigismundi Regis inde
confectis lris plenius continetur. Nos qui inter initia regiminis
et curarum nrarum ~~[illegible]~~ conspicimus, non solum ad ea, quae
pastoralis administrationis officium concernunt, sed etiã quae ad
Dei oipotentis honorem, et propagationem cultus diuini in eadem
Ecclia Warmien pertinent, nrae solicitudinis apponere opor-
tere partes, vt pariter cum pastoris appellatione, etiam ponti-
ficis nomine nos reddamus dignos, praefati Dni Sigismundi regis

exemplo accensi, cuius in spualibus donis devotas largitiones,
et pium ad Ecctiam nram Cathedralem affectum, ante oculos
ponen, scientesq eidem ecctiae non esse debitores, qd illi in vin:
culo spussancti copulati; eam tanq Reginam astan a dextris no:
stris in vestitu deaurato, diuinaru laudum circumdata, varie:
tate nos excolere decet. Consideran quoq qd cura et onus di:
uinorum officiorum in eadem Ecctia nra Cathedrali Warmien
Vnabilibus fribus nris Canonicis et Capto Warmien potissimu
incumbit. quodq ipsorum redditus quibus diuinu huiusmodi
conservare possint cultum, plurim vt praefertur sunt extenuati
ac volen eos in hoc nrae subuentionis auxilio consolari, et ad
Dei pcomia efficere feruentiores pro instauratione et incremento
huoi cultus diuini in pfata nra ecclesia Warmien Oppidum
et districtum praefatu Tolkemit, ac suprascripta oia & singula
bona, villas et possessiones, ac naues anguillares nobis et succori:
bus nris, ac Ecclesiae nrae per praefatum Dnm Sigismundum
Regem, vt praefertur, datas, et donata, cum fructibus & vti:
litatibus praescriptis vniuersis, Necnon omne ius et proprie:
tatem nobis et ecctie nrae, ad eas, et ea, ex donatione huoi
aut quolibet competenti, in praefatos fres nros Can.cos et Captm,
de dicti Dni Regis expresso consensu, pleno iure transferimus,
et transfundimus, eisq eas, et illa, pro ea parte, qua ad nos
et succores nros, ac ecctiam nram praefatam ptinebant, perpe:
tua irreuocabili donatione conferimus, concedimus & elargim.
Inuestien ipsos Can.cos et Captm per pntes de eisdem. In quoru
oim et singulor fidem et euidens testimoniu pntes fieri man:
dauimus Sigilliq nri maioris fecimus appensione communiri.
Dat in arce nra Heilsbergk decima sexta mensis april. Anno
1513. Dni. Millesimo quingentesimo decimo tertio.

Consensus exemptionis villae Claukendorff pro
Fabiano Epo Warmien eiusq succoribus: qui et
Lucae Epo antecessori datus erat.

H. Sigismundus Dei gra Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae Ru: